Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dabo vobis cor nouum: et spiritum nouum ponam in medio vestri. Et auferam cor lapideum de carne vestra: et dabo vobis cor carneum. et spiritum meum ponam in medio vestri. Et faciam ut in preceptis meis ambuletis: et iudicia mea custodiatis et operemini. et habitabitis terram quam dedi patribus vestris. et eritis mihi in populum. Et ego ero vobis in deum. Dicit dominus omnipotens. V. Venite filii audite me timorem domini docebo vos. V. Accedite ad eum et illuminamini et facies vestre non confundentur. Dominus vobiscum. Cum genuflexione.

Oratio quesumus omnipotens deus. ut quos iejunia vocalia castigat. opera quoque caritatis erigat. ut dignis affectibus mitigatis fratribus celebra capiamus. V. Non ylaue sphetur.

Et dicit dominus deus. Lauamini mundi elongate auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere perfidiose. discite benefacere. querite iudicium subuenite oppresso. iudicate pupillo. defendite viduam. et venite et arguite me dicit dominus. Si fuerint peccata vestra ut coccinum. quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus velut lana alba erunt. Si volueritis et audieritis me bona terre comedetis. Dicit dominus omnipotens. Gr. Beatus gens cuius est dominus deus eorum populus quem elegit dominus in hereditatem sibi. V. Verbo domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum. S. Johem.

Nullo tempore illis videt Jhesum natum a nativitate. et interrogauerunt eum discipuli eius dicentes. Rabbi quis peccauit hic aut parentes eius. ut cecus nasceretur. Respondit ihs. Neque hic peccauit. neque parentes eius. sed ut manifestentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me. donec dies est. Venit nox: quando nemo potest operari. Cum diu in mundo sum. lux sum mundi. Hec cum dixisset expuit in terram. et fecit luteum ex sputo: et linit lutum super oculos eius. et dixit ei. Vade et lauare in natatoria Syloe: quod interpretatur missus. Abiit ergo et lauit et venit videns. Itaque viam et qui videbant eum prius quia mendicus erat dicebant. Nonne hic est qui sedebat et mendicabat. Alii dicebant. quia hic est. alii autem nequaquam. sed similis eius est. Ille autem dicebat. quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi. Respondit ille homo qui dicitur ihs. luteum fecit ex sputo. et unxit oculos meos et dixit mihi. Vade ad natatoriam Syloe. et lauare. Et abiit et lauit et vidit. Dixerunt ergo ei. Vbi est ille. Ait. Nescio. Adducunt eum ad phariseos qui